

reperi. *Jud. q. 75. num. 11.*, *Menoch. d. c. 220. num. 21.*, *Vivius com. opin. p. 2. opin. 523. num. 9.*, *Ubert. de citat. c. 6. num. 59.*, *Rota coram Gispio post Zach. de obligat. camer. decis. 20. num. 14.*, *Gabriel. de Jur. Jur. coch. 2.*, *Baver. de mora p. 2. num. 20.*, quod erit verum post tempus, arbitrio prudentis, ne simul contrahat obligationem, & moram; Quod limita, ubi difficultas facti, absque culpa obligati contingens, excusaret, tunc non incurritur mora, *Rota coram Burato post Zach. de oblig. camer. decis. 38. num. 7.* *Gratian. discept. for. dicto c. 579. num. 12.*

27 Fallit decimoquarto, in eo, qui est debitor ex delicto, vel quasi delicto, ut fur, absque interpellatione, cum semper sit in mala fide, & etiam in mora, & negligentia, tenetur enim statim restituere *l. in re furtiva §. penult.*, & *l. ult. ff. de condict. furt.*, *Azor. instit. moral. p. 3. lib. 4. c. 34. q. 2.*, *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8.*, & communiter D.D., de quo *Bonacia de restit. in gener. d. quæst. 6. p. unico n. 1.*, & *seqq.*

28 Fallit decimoquinto, in socio, qui communes pecunias, in proprios usus convertit, hic enim absque interpellatione, est in mora, & tenetur ad usuras, *l. 1. §. ultimo ff. de Usur.*

29. Fallit decimosexto, in Emphiteuta, qui negligens solvere canonem per triennium, de Jure civili *l. 2. C. de jur. Emphit.*, & per biennium, de Jure canonico *c. potuit de locat.*, & *conduct.*, absque interpellatione, cadit à jure suo, licet casus hujus fallentiae, melius videatur convenire regæ superioris articuli, cum sit tempus saltem à lege determinatum, & insit de natura contractus, *Bald. ad d. l. 2. C. de jur. Emphit.*, *Fulgin. de Jur. Emphit. tit. de variis caducis. quæst. 1. num. 16.*, *Barbosa ad. l. si mora num. 10. ad finem ff. solut. matri.*

30 Fallit decimosextimo, in debitore, qui expressè protestatur, se nolle solvere, quod debet, vel nolle facere, quod promisit, facta enim tali expressione, incurrit moram, & negligentiam absque interpellatione, & facit quod contumacia vera incurritur, ob similem protestationem, *Covar. inc. alma mater §. II. num. 11. vers. est autem, de sent. excommunicacionis*, ita ut, ubi trina requireretur monitio, seu interpellatio, casu quo expressè dicat, se nolle comparere, vel respondere, vel præstare, quod debet, non ulterius sit monendus. *Alex. conf. 82. num. 3. 4. lib. 4.*, *Ancharan. in c. 1. num. 1. post Hostiens. de suppl. neg. Præb.*

ARTICULUS VI.

Quot requirantur interpellationes ad incurrendam Negligentiam.



Idimus Negligentiam, & moram incurri, per interpellationem; modo inquiritur, an per extrajudicalem etiam, & an per unicam, vel per plures.

1 Per interpellationem extrajudicalem, in extrajudicialibus, quem constitui in mora, regula est, & patebit ex sequentibus; attamen limitatur hæc regula, ut habeat locum, tantum in debitore, qui tenetur jure actionis, secus si teneatur tantummodo officio Judicis, quia tunc requiritur interpellatio judicialis, *l. cum postulasset ff. de damno infect.*, *Baverius de mora p. 1. n. 19.*, ubi n. 20. limitat, si teneretur officio Judicis mercenarii, & n. 22., quod interpellatio extrajudicialis, non sufficit ad interrumpendam præscriptionem.

2 In casu igitur, quo sufficit interpellatio extrajudicialis, fuit sententia notata, per *Menoch. de arbitr. Jud. c. 220. nu. 29.*, & *seqq.* quod duplex requiritur, ita ut alii opinarentur, per secundam solam interpellationem, incurri moram; alii per primam inchoari, & per secundam compleri, ex juribus ibi allegatis, quas sententias jure refellit ipse *Menoch. qui nu. 26. posuerat per unicam interpellationem extrajudicalem, incurri moram c. si Episcopus dist. 18. post Bartol. in l. mora ff. de usur.*, & in *l. Titia Sejo §. usuras ff. de legat. 2.*, *Alex. conf. 81. num. 1. lib. 4.*, *Innoc. in c. cum de nobis de elect.*, *Baver. de mora p. 1. num. 2.*, *Felin. in c. prohibeas in fine vers. quotuplex autem de Magistris*; *Immola in c. ex litteris nu. 7. de constit.*, *Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori*, post mul-

multam discussionem *num 6 ff. de nou. op. nunc & ipse Menoch. supra num. 43. idem dicit*, de interpellatione tacita, quæ fit, per diei appositionem, (de qua supra diximus), quod dies certa apposita obligationi, interpellat pro homine.

3 Ex quibus sequitur, quod Canonici, unica monitione vocabunt absentes ad electionem, & si non venerint, eligunt, & valet electio. *Innoc. in c. cum nobis num. 5. de elect.*, facit *glos. ad Clem. 1. V. requisierint de hæret.*

Quod unica monitio, & interpellatio extrajudicialis sufficiat ad incurrendam negligentiam, ponitur pro regula, & firmatur per *Aloys Riccium decis. curiæ Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 120. num. 1.*, & 2.

4 Fallit primo, in casu. *c. 1. de suppl. negl. Præl.*, Ubi Episcopo ter monito à Monachis cum humilitate, & reverentia, quia inferiores, eoque nolente, Abbatem benedicere, Abbas adhuc exercet Jura. *Abbas in d. c. 1. n. 1.*, ibique omnes scribentes, quod sit speciale in hoc casu, & fallentiam regulæ dixit post *Cardinalem. Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de op. nou. nunc.*, *Scaccia de appellat. quæst. 17. num. 54.*

5 Fallit secundo, prædicta regula in casu appellationis, ubi appellans debet summa ope, id est pluries, hoc est ter instare, ut causa terminetur *l. fin. §. illud C. de temp. appell.*, *Clem. quomvis ibi sepius, & instanter de appell.*, *c. ab eo de appell.*, *Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de nov. op. nunc, conf. 81. num. 2. lib. 4.*, *Geminian. in c. si contra num. 6. ad fin. de off. Jud. deleg.*, *Baverius de mora p. 1. num. 11. V. quarto tempera*; postquam trinam monitionem, & instantiam, (si Judex adhuc sit negligens), datur appellatio; *Scac. de appell. q. 17. num. 46.*, & *seqq.*, ubi num. 58. limitat, id procedere, quando aditur Superior per viam appellationis, quod tunc requiratur trina monitio; secus si adeatur per viam quærellæ, quia tunc non requiritur trina monitio.

6 Limita tamen primam, & secundam fallentiam prædictam, in casu quo, tam Episcopus, quam Judex primo monitus, expressè recusaret, quia tunc non requiritur alia monitio; *Ancharan. in c. 1. num. 1. post Hostiens. de suppl. negl. Præl.*, *Alex. conf. 81. lib. 4. nu. 3.*, *Scac. de appellat. q. 17. num. 19. vers. declarata quarto*, *Baver. de mora p. 1. num. 5. ad finem.*

7 Limita secundam fallentiam, ut valeat

tantum in Judice appellationis; secus in Judice primæ instantiæ, qui per unicam monitionem, constituitur negligens, ut post plures ostendit *Alex. conf. 81. num. 2. lib. 4.*, *Baver. de mora p. 1. num. 4.*

8 Fallit tertio in casu *l. si convenerit ff. de pignor. act.*, ubi quod, si cum debitore quis convenerit de, non distrahendo pignore, non poterit distrahere, nisi præmissa trina monitione, *Alex. in d. l. de pupillo §. si quis ipsi ff. de nou. op. nunc*; *Baverius supra num. 18. vers. novo tempore.*

9 Fallit quarto in casu *Auth. statuimus C. de Episcopis, & Cler.*, ubi si Judex negligens fuerit, in administranda justitia Clerico, ter monitus, jurisdictionem amittit, & devolvitur ad Superiorem.

10 Amplia etiam in terminis *c. 20. sess. 24. Trid.*, virtute cujus, ut jurisdictio devolvatur, requiritur trina interpellatio; *Aloys Riccius p. 4. decis. Neapolit. 170.*

11 Fallit quinto, in casibus *c. 1. de milite Vassalo*, qui contumax est, ubi miles Vassalus, ut feudum ob delictum amittat, ter à Domino vocari debet, neque ante trinam monitionem, negligens dicitur, & contumax, ut feudo privetur, *Andr. de Iernia de juribus feudor.*, *rub. de milite Vassalo num. 2.*, quia ad privandum, quem jure suo, trina requiritur monitio, *Gabriel. lib. 3. de solut.*, *concl. 9. num. 14.*, *Baverius de mora p. 1. num. 16. ad fin.*, & dicam sequenti fallatia; similiter alter casus in eo cap. est, quando Dominus spoliavit Vassalum feudo, debet Vassalus ter admonere Dominum, ut restituat, postquam trinam monitionem, ad majorem potestatem licet recurrere.

12 Fallit sexto, dum agitur de privando aliquem jure suo; tunc enim trina requiritur monitio, juxta notata per *Baver. de mora p. 1. c. 10.*, ubi tamen ipse in contrariam sententiam videtur inclinare, & certum est, quod hodie in nostro Capitulo Ferrariensi, Canonorum Cathedralis, unica monitione vocantur absentes, eisque cunctantibus, proceditur ad electionem, & ad *tex. contrarios respondit Baver. supra num. 11.*, quod loquuntur in judicialibus, nos autem in extrajudicialibus.

13 Fallit septimo, in eo, qui se obligavit ex contractu, vel ad exactionem pecuniarum à debitoribus ejus, cum quo contraxit, vel ad rem recuperandam, & similia, in quo casu, tenetur de levi culpa, ad quam evitandam,

dam, non sufficit semel requirere debitores, sed tenetur bis, tervè requirere, alioquin negligens erit in culpa, quia debet adhibere diligentiam, quam potest. *Bald. in l. Titia Sejo §. usuras in fine ff. de leg. 2., Boverius supra nu. 11. vers. tertio principaliter tempera per tex. in l. fn. §. fn. de pignor. act.*

14 Fallit octavo, si agitur de præjudicio personali, tunc enim trina requiritur interpellatio. *Auth. si quis ei C. de adult., Bover. de mora p. 1. num. 17.*

15 De interpellatione judiciali reg. est, quod trina requiritur interpellatio *l. ad peremtorium ff. de Juditiis, l. tres denuntiationes C. quomodo, & quando Judex, l. properandum C. de judic., c. de illicita 24. quest. 3., Glos. in c. si Episcopus dist. 18., Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori ff. de op. nov. nunc, & in l. contumacia ff. de re jur., Bover. de mora part. 1. num. 16.*

16 Quando autem possit fieri una, pro tribus, videatur *Ubert. de cit.,* hanc enim materiam libenter omitto, quia non facit ad nostrum institutum, & videndi sunt D.D. *in l. contumacia ff. de re judic.*

17 Ex tribus monitionibus supra requisitis, prima dicitur conventionalis, quia reum absentem convenit; secunda dicitur monitoria, quia monet reum, ut compareat; tertia dicitur peremptoria, quia pro ultimo termino, perimit ulteriorem processum, & profertur sententia contra negligentem, *Ubert. de citat. c. 7. num. 379., & 382.,* quia tertia convincit malitiam negligentis.

18 Ita pariter in Evangelio *Matth. 22. Ho-*

mo Rex, qui paraverat nuptias, & cenam magnam; primo misit servos vocare invitatos, eisquè nolentibus, & negligentibus venire, misit secundò alios servos: tertio missis exercitibus, pœnam intulit, & *Matth. 21. tertio filium suum, ad eos, quibus locaverat vineam Misit; postea tandem subsequuta est sententia condemnatoria, Glos. in c. de illicita in Vers. ex evangelica auctoritate 24. quest. 31.*

19 Decem tamen fallentias tradit *Alex. in l. contumacia ff. de re jud.;* primò fallit in præsentia, qui non est citandus; præsentia enim sufficit, ut possit scire, quæ sibi necessaria sunt, ad defensionem; unde si negligat respondere, & se defendere, aut dilationem, & terminum petere, imputet sibi *l. de unoquoque ff. de re judicata. Vanc. de nullit. ex defectu citationum num. 17., ubi num. 82.,* debet tamen à Judice moneri, & supplet citationem; Fallit secundò in causis, ubi proceditur simpliciter de plano, & summarie, ubi unica sufficit citatio, *Clem. sepe, ibique glos. in Vers. citatione de verb. signif., & de vi, atque effectibus ipsius clausulæ (summarie, simpliciter de plano) videatur Barbosa de clausulis clau. 176.; tertio fallit, ubi Judex monuit partes præsentem, quæ monitio sufficit ad constituendum quem negligentem l. cessante C. quomodo, & quando Judex, Alex. in d. l. contumacia fallent. 7.*

20 Ad constituendum contrahentem, & venditorem in mora, sufficit unica interpellatio, puta ad consignandam rem venditam emptori, *Rota coram Eminentissimo Cerro inter ejus impressas decis. 42. num. 1.*

ARTICULUS VII.

An negligens incurrat culpam moralem, seu Theologicam, idest peccatum.

Negligentia, est effectus peccati originalis; ut disertè ostendit *Belarminus in controversiis fidei, tom. 4. tract. de amissione gratiæ, & statu peccati lib. 6. cap. 10. vers. tertium est,* eo quia cum propter peccatum originale, homo incurrerit ingentem difficultatem, aquirendi virtutes, vitia vitandi, evenit, ut piger, & negligens in eis

pariter factus sit.

2 Non induco in quæstionem, an possit dari negligentia, quæ consistat in simplici omissione, absque ullo actu positivo voluntatis, & utrum hæc simplex ommissio, sit culpabilis, nam ego semper consensu sententiæ *D. Thom. p. 2. quest. 71. art. 5., & 2. 2. quest. 79. art. 3.,* quod licet regulariter non detur, simplex ommissio, absque omni actu positivo volun-

voluntatis decernentis, nolo facere hoc, nolo audire sacrū &c., & apud *Aversam in prima 2. quest. 6. sec. 5. versic. & loquendo; Beccan. tom. 2. cap. 3. quest. 3.,* dari tamen possit, & hanc simplicem omissionem, si sit de re præcepta, esse culpabilem, & peccaminosam, quidquid in contrarium contendat probare; *Pasqualig. in sacra morali Theologia d. 14. sec. 5.,* eo quod dicit ille, nequeat esse ommissio voluntaria, nisi voluntas actu positivo decernat ommittere, & negligere; at hoc non obstante sententiam *D. Thomæ* sequutus sum; quia ad hoc, ut ommissio sit voluntaria sufficit, quod proveniat à principio intrinseco, idest intellectus proponat voluntati præceptum, & tamen voluntas negligat, licet nihil decernat; talis enim negligentia, & ommissio, cum sit ex libito voluntatis, quæ novit præceptum, sed adhuc neglexit voluntariè, ab intrinseco, dicitur negligere, sicque culpabiliter; nec urget argumentum, quod non daretur differentia inter actum primum, & secundum, dum scilicet actus primus, cum importet indifferentiam, & sic carentiam formæ; secundus pariter si posset consistere in simplici omissione, eandem importaret carentiam, dum non tolatur indifferentia actus primi, per aliquem actum positivum; nam pro responsione dico, quod adhuc assignatur differentia, nempe actus primus importat præcisionem, actus, & carentiæ; actus verò secundus importat carentiam formalem actus debiti, per modum privationis, per quàm determinatur negativè indifferentia actus primi, & stat in hoc, quod data sufficienti repræsentatione obiecti voluntati, & debiti operandi, tamen adhuc voluntas persistat in omissione, & tunc talis ommissio formalis rei debiti, est voluntaria, & culpabilis, quia dum cognoscit debitum, & possit implere, & omittit, tunc culpatur; Vide *Mastrium disp. 6. de peccatis q. 4. artic. 2. num. 119., Beccanum d. quest. 3.,* ubi solvuntur aliæ difficultates, *Azorium p. 1. lib. 4. c. 3. Vers. Tertio queritur,* at dimittamus quæstionem ad Theologos speculantes.

3 De Negligentia, quæ est voluntaria ommissio rei præceptæ, vel ex justitia, vel ex charitate, nunc queritur, an sit culpabilis culpa morali; nam de culpa civili, vel legali, quæremus in sequenti, & ratio dubitandi esse potest ex *tex. Matth. 6. (nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, & corpori vestro, quid induamini)*; ex quibus verbis vi-

detur approbari negligentia, ac per consequens, quod possit esse non culpabilis; Immo quandòque erit meritoria, & laudabilis, ut *Proverb. c. 12. vers. 26., (qui negligit damnum propter amicum justus est)*, ita si negligantur, quæ mala sunt, aut quæ trahere possunt ad peccatum, aut impedire virtutis profectum; ideo *Beda Homil; in natali Sancti Benedicte,* quæ legitur tertia die Julii ad Evangelium *Matth. c. 10. (ecce nos relinquimus omnia)* ait (*& justa prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humanæ, gloriam celsitudinis, neglexerunt, illic à Christo, Judices glorificati cum eo assideant.*

4 Verum nisi negligentia sit de re, quam quis tenetur facere, & operari sub præcepto, (de qua principaliter est præsens tractatus) certum est quod culpabilis est, ut docet *D. Thom. 2. 2. quest. 54. art. 1., & art. 3., & talis est culpa, ut negligentibus neque suffragetur æquitas, Calvin. de Æquitate lib. 2. cap. 147. num. 12., Mascard. de probat. concl. 1230. num. 43.,* eo quia negligentia importat defectum debiti sollicitudinis; omnis autem defectus debiti actus, peccatum importat, ideòque *Matth. 24. dicitur,* quod in judicio Dei propter negligentias, potissimum, reprobi condemnabuntur ad æternos cruciatus, ubi (*sitivi, & non dedistis mihi bibere, esuriivi, & non dedistis mihi manducare, nudus eram, & non cooperuistis me*), ex quibus colligitur, quod quia reprobi neglexerunt ea facere, quæ tenebantur facere, vel ex justitia, vel ex charitate, tanquam, culpabiles damnantur; Idèd *Michael Aigvanus,* alias incognitus, in *Psal. 90. vers. (super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem)* notat quod Diabolus dicitur, Draco, cum devorat negligentes, & clarè habetur in *c. ea quæ, ubi glos. in verbo negligentia de offitio Archid., c. dictum dist. 81., c. nulli fas est dist. 19., c. quæsitum,* ubi glos. in verbo negligentibus de panit., & remis., c. offitii 24. quest. 1., *Sperell. decis. 129. num. 37. Barbosa ad d. c. ea quæ num. 3., ubi, Ancharan. de off. Arch., unde Carthagena de B. V. lib. 6. hom. 5. vers. è contra,* trahit argumentum, quod negligentia in operibus Dei, si-gnum sit reprobationis.

5 Querunt Theologi in *p. 2. D. Thomæ,* an solus actus internus voluntatis de omittendo, sit peccatum, vel etiam actus externus actualis omissionis, ubi *Beccan. 2. par. tract.*